



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm**

**Capilla, Andrés de**

**Coloniae, 1607**

Quando hominem aliquem opulentum aut potentem cernimus. Exercit. 18

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)



*Oblatio.*

**O**fferemus Deo merita omnium  
sanctorum, & speciatim merita  
Christi Redemptoris nostri, vt pro-  
pter ista omnium peccatorum no-  
strorum indulgentiam nobis conce-  
dat.

*Cum hominem aliquem opulen-  
tum aut potentem ceru-  
mus.*

## Exercit. 18.

*Psal. 61. Diuitia si affluant, nolite cor ap-  
penere.*

*Psal. 33. Diuites eguerunt, & esurierunt:  
inquirentes autem Dominum non mint-  
entur omni bono.*

*Psal. 111. Gloria & diuitia in domo eius.*

*Isai. 33. Diuitia salutis, sapientia & scien-  
tia, timor Domini ipse thesaurus eius.*

*Prou. 11. Non proderunt diuitia in die vt-  
tionis.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quam parui-  
pendendæ sint diuitiæ honores



ac dignitates præsentis vitæ, quantumuis sublimes: cum mors omnia hæc finiat, & vnum hominem alteri cœquet.

Expendemus etiam, quod verè diuitiæ sint virtutes, & placere Deo; cui seruire regnare est.

*Gratiarum actio.*

**G**Ratias agemus Deo, pro sempiternis diuitijs, quas electis suis in cœlis præparauit: Et pro illis, quas creaturis suis in præsentī vita largitur; vt per illa, si eadem in Dei obsequium impenderint, regnum cœlorum promerentur.

*Confusio.*

**E**Rubescemus, considerando paupertatem nostram; cum nudi prodeamus ex vtero matris, & nudi ad terram matrem nostram reuersuri simus. Ea vero quibus egemus, à creaturis emendicare cogamur. considerando deinde paupertatem nostram interiorem, quæ priori multo maior est; cum à nobismetipsis, ne vnam quidem Deo placitam cogitationem



onem habere possimus.

*Petitio.*

**O**bscramus Deum vt communicet proximo quem cernimus veras diuitias, quę folius animę sunt: & gratiam illi largiatur, sic vtendi bonis hisce temporalibus vt nõ amittat æterna. Idem pro nobismetipsis petemus.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, omnes diuitias, gloriam, & potestatem præsentis vitę; quia ipsius sunt omnia, & in ipso vniuersa hæc multò perfectius & excellentius sunt, quam in semetipsis.

*Quando videmus pauperem.*

Exercit. 19.

*Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

*1. Cor. 8. Christus propter nos egenus factus est: cum esset diues, vt illius inopia nos diuites essemus.*

*Psal. 9. Factus est Dominus refugium pauperi.*

*Psal. 39. Ego autem mendicus sum & pau-*